





9323  
1781, 21  
EXERCITATIO IVRIDICA

SPECIMEN VI.

OBSERVATIONES  
SINGULARES  
AD PANDECTAS LIB. II. TIT. II.  
ET TIT. IV.

CONTINENS

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRAESIDE

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P. P. O. ECCLES. CATHEDR. MERSEB. CAPITVL. CVRIAE  
IN PROVINCIA SVPREM. ASSESSORE, FACVLT. IVRID. SENIORE  
ET ACADEM. DECEMV.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. XIX. MARTII MDCCLXXXI.

PVBLICE DEFENDET

CHRISTIANVS DANIEL FRANKE

WEYDA VARISCVS.

---

LIPSIÆ

EX OFFICINA LOEPERIA

EXERCITATIO IURIDICA

SECUNDUM VI

OBSERVATIONES

SINGULARES

AD PANDECTAS LIB. II. TIT. II.

ET TIT. IV.

CONTINENS

ILLUSTRES IURISCONSULTORUM OPINIONES AC NOTAS

PER A. S. I. D.

D. ERID. GOTTLIB. YOLTERO

COND. IURISCONSULTI, QUI IN ACADEMIA IURIS

IN UNIVERSITATE HALLENSI IURISCONSULTUS

ET ACADEMICUS

IN ACADEMIA IURISCONSULTORUM

D. ERID. GOTTLIB. YOLTERO

COND. IURISCONSULTI

CHRISTIANVS DANIEL FRANK

HALLE

LIBRARII

EX OFFICINA LIBRARII



VIRO MAGNIFICO, PERILLVSTRI,  
EXCELLENTISSIMO; IVRIVMQVE CON-  
SVLTISSIMO

D. HENRICO GOTTLIEB FRANKE

SACR. CAES. MAI. COMITI PALATINO, IVR. PVBL. PROF.  
PVBL. EXTR. MORAL. ET POLIT. ORD.

AGNATO ET PATRONO

OMNI QVA DECET REVERENTIA COLENDO,  
INTEGERRIMO VOTO

D. D. D.

CHRISTIANVS DANIEL FRANKE

WEYDA VARISCVS.

VIC. MAGNETO PERHIVSAL  
EXCELLENTISSIMO, MIVIVMVE CON-  
SILIO

HENRICO GOTTLIB FRANK  
HABITANTIS IN VITTEBERGA  
CIVIS

AD RATIONEM ET RATIONEM  
DEI ET HUMANITATIS COLLEGI  
MAGISTRORUM

CHRISTIANUS DANIEL FRANK  
MAGISTER



**O**ccasionem sanctam, **TIBI, VIR MAGNIFICE,**  
pietatem declarandi, nec non clariorem et quidem  
publice reddendi, iam dudum in votis habui. Nihil  
iucundius exoptatusque mihi contingere potuisset,  
quam, vt oblata occasione, obseruationes meas **TIBI**  
deferam, et *nomine* **TVO** splendidiore reddam. Ac-  
cipe igitur, **VIR MAGNIFICE,** hocce animi **TIBI**  
de victi, Studiorumque meorum documentum bene-  
vole; persuasumque **TIBI** certissime habeas, me in  
posterum in eo esse elaboraturum, vt beneuolentia  
atque fauore me dignum reddam. Deus **TE** optimus  
maximus, **TE** tutelae ac curae suae in posterum quo-  
que commendatum habeat, Tibique semper adhuc  
vires ad labores Tuos obcundos largiatur, aetatem-

A 2

que

que Tuam gratam beatamque reddat. Ceterum,  
vt quem animum beneuolum mihi hucusque luculen-  
tissimis signis demonstrasti, eundem etiam in poste-  
rum vt mihi conferues, humanissime rogo. Dabam  
Lipsiae, d. XIX. Mart. MDCCLXXXI.





AD LIB. II. TIV. II.

OBSERVATIO I.

*Edictum Praetoris, quod quisque iuris in alterum statuit, ut ipse eodem utatur, tantum dolum punit nec penitus est abrogatum.*



Aequissimum sane est principium, iuri naturae fati accommodatum, nempe, quod tibi non vis fieri alteri non feceris, quod et scriptura sacra Math. c. 7. v. 12. probat. Hinc Praetor, dum hoc edictum palam faciebat, illud sibi vindicabat, testantur hoc verba edicti §. I. scilicet, ut quod ipse quis in alterius persona aequum indicasset, in ipsius quo-

quoque persona valere patiatur. Vnde Cicero pro Quinctio Sect. 45. ait. Quis tantem ista iura tam aequa describit, quis hoc statuit, quod aequum est in Quinctium, iniquum esse in Naeuium. A quo principio nec alieni fuerunt ICTi Romani, qui lege 44. ff. de pactis l. 59. ff. in fine Pand. de administr. et pericul. tutor. nec Imperatores qui l. 7. C. de Rescind. vend. el. l. 6. C. de fructib. et lit. expens. in decidenda causa controuersa hoc agnouerunt. Duo sunt huius Edicti membra, alterum pertinet ad magistratum, qui ius iniquum statuit; alterum concernit illum, qui penes magistratum ius nouum, a iure communi alienum et iniquum impetrauit; l. 1. pr. ff. h. t. haec enim poena l. 3. §. 2. aduersus omnem statuitur, qui in Edicta incidit, non solum eo postulante, qui ab eo laesus est, sed omni, qui quandoque experitur. Vtrumque tamen in eo conuenit, vt dolus sentiat poenam. Hac ex causa inter Iure Consultus mouetur quaestio: vtrum Praetor solummodo ad dolum respexerit, vel etiam latae culpae habuerit rationem, Nonnulli posteriorem veram esse censent, et assertum ex analogia iuris defendere conantur. Praesidio ipsis esse videtur l. 226. ff. de V. S. Magna negligentia culpa est, magna culpa dolus, quod et probat Celsus l. 32. ff. deposit. quod Neruus diceret latiore culpam dolum esse. Proculo displicebat, mihi verissimum videtur, nec non Vlpianus l. 5. §. 15. ff. vt in possess. legator. Dolum accipere debemus et culpam latam. Cum igitur in allegatis locis ICTi culpam cum dolo coniungant, et edictum Praetoris culpam latam non expresse excludat, exinde concludunt, nullam adesse rationem iuris, curisqui culpam latam commisit, eadem poena non sit afficiendus. Sed quamvis hoc argumentum aliquam speciem prae se ferre videatur: de

de veritate tamen plene non sum conuictus, cum pariter analogia iuris, quam expressa lex huic asserto contradicat. Constat enim inter omnes et ex legibus probatur, dolum praesupponere malignum animi propositum, culpae vero latae notionem consistere in omissione diligentiae, quam homo negligens dummodo principia sanae rationis sequitur, observare debet, hac ex causa leges quoque aequiparare solent latam culpam dolo tantum in negotiis, quae priuatum interesse concernunt, non vero in illis, quae interesse publicum tangunt. Cui accedit, quod in omni lege, quam interpretamur, ad rationem legislatoris sit respiciendum, cum teste Celso Ictorum Principe l. 17. ff. de legibus, *scire leges non hoc sit verba earum tenere, sed vim ac potestatem.* Haec sola est regula, quam interpretes sequi tenentur, nec valet canon, quem Doctores, nec scio quo fato circa interpretationem sibi fecerunt, nempe quod poenalia strictissime sint interpretanda. In mentem forsitan ipsis venit dictum. *Iuliani l. 20. ff. de legibus. Non omnium quae a maioribus tradita sunt, ratio reddi potest.* Quae regula, si ita dici potest, illos tantum, qui dum ius non intelligunt, nec artem logicam sciunt, prodesset, et ignorantiam defendit.

Cum itaque Paulus l. 2. ff. h. t. *Quod quisque iuris in alterum statuit etc.* quod dolus ius dicentis debeat puniri, dicat, et hoc ipso mentem Praetoris sua interpretatione clariorem effecerit, satis liquido ad culpam latam, a dolo alienam, edictum non posse applicari constat. Non abrogatum esse hoc edictum ob summam, quae ipsi in est aequitatem testatur Leyserus Specim. XXX. m. 2. ita enim Icti Helmstadiensis in causa des Rathes der Stadt Halle contra das Amt Sibichen. Steiu pronunciarunt: Es wendet zwar

B

Kläger

Kläger exceptionem inadmissibilitatis wider Beklagens Leuterung ein, daß solche in gegenwärtigen Processu possessorii summarissimi nicht statt habe. Es würde auch auf diese seine Exception von uns sonder Zweifel seyn reflectiret worden, dafern er sich nicht in eben dieser Sache des beneficii leuterationis bedienet, und also die Rechts-Regel: quod quisque iuris in alterum statuerit, vt ipse eodem iure utatur wider sich gelten lassen müste.

## OBSERVATIO II.

*Indultum moratorium non nisi ex iusta causa retorqueri potest.*

Mouet Ludouicus ad hunc titulum §. 3. quaestionem, an indultum moratorium contra creditorem, qui aduersus suos creditores indultum impetrauit, retorqueri possit. Decisionem huius rei hanc esse putat. Negat nempe quod priuata auctoritate, iure reterisionis vti queat, et haec sententia vtique, cum legibus conueniat, applausum meretur. Parte enim tertia Const. El. XXXVIII. expresse sanctum vt magistratibus hoc ius competat et inde priuati ab hac potestate excluduntur, ait enim legislator. Diueil sichs aber gemeiniglich zuträgt, daß nicht die Privatpersonen sondern die Obrigkeit selbst hieran schuldig, so ist auch in dem Schöppenstuhle nicht unbillig erkannt worden, daß nicht die Privatpersonen, sondern hinwieder auch die Obrigkeit solches Ius reterisionis zu exerciren und vorzuzwenden haben soll. Ait si publica auctoritate hoc ius exerceatur, distinctionem facit vtrum debitores, qui iure reterisionis vti velint, sub eodem Principe viuant, nec ne, in priori casu rem ab arbitrio Principis dependere ait, in posteriori

teriori vero nihil ob stare ait, quo minus ius retorsionis locum habere queat. Fefellit forsan Ludouicum Carpzouius qui *P. III. Const. El. XXXVIII. def. 1.* mentem suam ita exponit: Porro ait, *si quidam mercator contra suos creditoris quinquennales inducias impetrauit, alios eiusdem mercatoris debitores eodem iure vri et quinquennales inducias contra illum mercatorem, creditorem suum exercere posse etiam si illas non impetrauerint, ex ratione iuris retorsoris inferre licet.* Sed negare non possum sententiam Carpzouii, quem presso pede sequitur Ludouicus mihi vehementer displicere. Aut enim loquimur de facto, aut de iure. Si loquimur de priori omnis decisio causae ab arbitrio Principis, cuius Imperio priuatus sepimentum ponere non potest, dependet, aut quoties de iure, et de eo quod fieri debet loquimur aliter sentimus ne regulas iustitiae, quae cum legibus est coniungenda, laedamus. Quod si enim prior debitor qui indultum moratorium impetrabat, versatur in bona fide, alter vero qui ex post facto hoc beneficium retorquere vult in male fide est constitutus, quis adfirmare audebit, quod eius petitioni sit deferendum.

## AD LIB. II. TIT. IV.

## OBSERVATIO I.

*Hora in citatione expressa, non efficit ut eadem non obseruata reus habeatur pro confesso.*

Versantur equidem nonnulli in opinione, quod hora, quando in citatione est expressa sine contumacia negligi

nequeat. Hinc inde distinguunt inter clausulam *zu rechter früher Tages Zeit* citationi insertam, et haec verba non de matutino, sed iusto tempore intelligunt; quam sententiam vsu fori receptam testatur *Leg. ferus Spec. XXXI. m. 1.* Assertum illud ex notione, quam de contumacia scimus forran applausum promereri videtur. Est enim contumacia *intermissio eius, quod actori vel reo secundum tenorem citationis est praestandum.* Quod si itaque reus horam ipsi determinatam non obseruat, sed emanet, contumaciam, seu quod idem est in obedientiam, que germanice per vocabulum *der Ungehorsam* denotatur, committit, set poenam naturae conuenientem sibi met ipsi contrahit. Sed quam vis *Leysero* citato loco et haec sententia placeat, et ipsi exceptionem a regula praebeat, de veritate tamen non sine ratione dubito. Distinguendum utique est, vtrum per legis dispositionem vel per consuetudinem tempus quo partes in iudicio comparere debent sit determinatum, nec ne. Sin prius, iudici non datur potestas, partibus, vt certam praescribat certam horam. Ratio ita sentiendi in eo consistit quoniam spatium, quod leges partibus concesserunt, est fatale, quod in praeiudicium partium iudex restringere non valet. Insistimus potius regulae quam probant leges. Spatium temporis siue fatale quod legibus datur partibus, in earum praeiudicium non potest auferri, multo minus restringi.

OBSER-

*Citatio, quae per nuncium non iuratum insinuatur  
pro nulla habetur.*

Citationem per nuncium iuratum insinuari deberi Ord. Recogn. Tit. IV. §. 12. verbis expressis. Die insinuation soll durch gewisse verpflichtete Boten zugestellt werden, iubet, a qua dispositione iudex qui iustiam administrat recedere nullo modo potest. Ex inde decidenda venit quaestio, vtrum citatio, cuius insinuatio nuntio non iurato commissa, reum ad comparendum obliget. Negatiuum sententiam vr amplectar nullum video dubium dummodo considerare velimus, insinuationem rite, i. e. eo modo quo leges iubent factam, pertinere ad formam citationis, formalia vero alicuius actus strictissime sunt obseruanda, quibus omisis et neglectis actus vitio nullitatis laborat, id autem quod est nullum, non producit effectum. Cum igitur effectus citationis in eo consistat, vt contra partem, quae citationi non paret, in contumaciam sit procedendum, liquido constat, defectum circa insinuationem occurrentem reo nunquam praeiudicium inferre. Contrarium statuit *Leyser. Spec. XXXI. med. 4.* addito praeiudicio. Diueil aber dennoch die geschwornen Boten deßhalb zu denen Insinuationen ersodert werden, damit wenn nachgehends dieserhalb Streit oder Zweifel entsethet, solcher desto leichter durch dergleichen verpflichteten Leute Ausfage gehoben werden können, da hingegen die insinuation selbst, wenn solche auch durch andere Leute richtig geschiehet, nicht unkräftig ist, sondern dem vorgeladenen auf den gesetzten Termin zu erscheinen verbindet, die

fer auch, wenn er anders daß ihm die citation zu Hindern  
kommen überführet werden kann, durch sein Außenbleiben in  
die Strafe Ungehorsams verfällt. &c.

## OBSERVATIO VIII

*Relatio nuncii iurati de facta insinuatione prodest reo  
ne in contumaciam ferri possit sententia.*

Disceptant I Cti, vtrum omilla nuncii iurati relatio de  
facta insinuatione citationis reo noceat. Adfirmatiuam sen-  
tentiam tuetur *Leyserus Spec. XXXI. med. 5.* et rationem  
asserti eam esse putat, quod registratura et consignatio  
ad acta solummodo eam ab causam fiat, vt de insinua-  
tione citationis constet. Quod si igitur illa alia modo  
fatis probari possit, defectum registraturae eiusmodi pro-  
cessum nullum reddere non posse concludit, cum leges  
consignationem et registraturam non pro forma et et solem-  
nitatē, sed tantum, vt de veritate certius constet, deside-  
rant. Illustrat sententiam suam ex rationibus decidendi qui-  
bus vsi fuerunt I Cti in pronuncianda causa, vbi actuarius  
lapis iam post insinuationem sex mensibus relationem nun-  
cii in actis consignauera, et ad versarius contumaciam non  
comparentis accusauerat. Die weil aber dennoch die Regi-  
stratur wegen gescheshener Insinuation nur als dem, wenn  
sonst keine andere Nachricht und Gewißheit hiervon vorhan-  
den, vordtthen ist, in gegenwärtigen Fall aber dessen Client  
nicht in Abrede seyn kann, daß ihm die citation gebührend  
beygebracht worden. Bey welcher Bewandniß der Actua-  
rius



rius keinesweges eines Falſi, ſondern nur höchſtens einer Langſamkeit zu beſchuldigen iſt, welche letztere aber bey relation des Botens ſo allezeit geſchehen kann, nicht attentiret wird, ſo erſcheinet dannenhero, daß Beſ. ſich allerdings an den Gegenweife verſäumet ic. Quamuis vero Leyſerus cauſam optime geſiſſe credat, et eius argumenta ſpeciem aliquam habeant, nec non dexteri tatem et legalitatem iudicis, quam præſumere et conſeruare ſas eſt, defendat negatiuum tamen ſententiam defendo, cum legum diſpoſitioni conueniat, et præiudicio ſingulari nequeat infirmari. Teſtis huius rei eſt Ord. Saxon. recogn. Tit. IV. §. 4. Im übrigen liegt denen Gerichten jedes Orts ob, nicht nur vor die richtige Inſinuation Sorge zu tragen, ſondern auch wie ſolche geſchehen, zu denen Acten zeitig, und mit Fleiß regiſtriren zu laſſen. Verba hæc eſſe diſpoſitiua, et neceſſitatem conficiendi relationem inſinuationis iuſto tempore requirere, nemo dubitabit, nec dubitare poterit dummodo verba ſubſequentia. Inmagen wo ſolches von ihnen nicht beobachtet, dieſelben ihrer Gerichtsportuln, ſo viel dieſer Termin beſtrift, vor verluſtig geachtet, ſondern auch dem erſcheinenden Theile, die extraiudial-Koſten, in gleichen das Urtheil Geld und Botenlohn, wenn durch dieſe Negligenz ein leeres Interlocuciu veranlaßt wird, zu bezahlen angehalten werden ſollen: accurate conſiderauerit. Cum itaque legiſlator absolute regiſtraturam ſuper inſinuatione citationis deſideret, et vt eo iuſto tempore, ad acta conficiatur iubeat, non penetrare poſſum quomodo iudex ſibi conſulere et alio modo ad eludendam legem probationem addere queat. Cui accedit, quod aduerſus contumacem dummodo aliqua cauſa etiamſi ſit vana occurat in benignam ſententiam

tentiam pronunciandum, consentit nobiscum *Carpz. in Proc. lit. 7. a. 69. nisi inquit relatio scripta est in actis citatio habetur pro nulla nec qui dicitur citatus contumax reputabitur. Berg. in Elect. Discept. For. P. 2. p. 1705.*

Leipzig, Diss., 1781


ULB Halle

005 361 443

3







9323

1781, 21

# EXERCITATIO IVRIDICA

SPECIMEN VI.

## OBSERVATIONES SINGVLARES

AD PANDECTAS LIB. II. TIT. II.  
ET TIT. IV.

CONTINENS

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRAESIDE

**D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO**

COD. P. P. O. ECCLES. CATHEDR. MERSEB. CAPITVL. CVRIAE  
IN PROVINCIA SVPREM. ASSESSORE, FACVLTV. IVRID. SENIORE  
ET ACADEM. DECEMV.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. XIX. MARTII MDCCLXXXI.

PVBLCIE DEFENDET

**CHRISTIANVS DANIEL FRANKE**

WEYDA VARISCVS.

---

LIPSIÆ

EX OFFICINA LOEPERIA